

Pars

III.

**Gregorius Petro episcopo. xvi**

**L**ect fraternitatem tuam pijs se cau-  
sis sponte non dubitemus impen-  
dere. Verumtamen quia pronicio-  
cam nostra fieri arbitramur epistola. Iocir-  
co presentibus tibi iudicamus apicibus ho-  
rum latozem Valerianum presbiterem pro  
redemptione captiuorum in illis partibus ad-  
uenisse. Cui tanto enixius in omnibus debe-  
tis ferre solacium: quato eum mercedis in-  
tentione longitudinis laborem assumpsisse  
cognoscitis. Sic enim et hic quod intendit:  
te adiuuante perficiet. et fraternitas tua pro  
impenso solamine magnam apud deum esse  
desiderat retributionem inueniet. Mense ia-  
nuario. Inditione xi.

**Gregorius Gratioso subdyaco-  
no. xvii.**

**R**eligiosam vitam eligentibus con-  
grua nos oportet consideratione  
prospicere: ne cuiusdam necessitatis  
occafio: aut desides faciat: aut robur quod  
absit: conuersationis confingat. Idcirco pre-  
senti tibi auctoritate precipimus: quatinus  
domum positam in hac vrbe regione quarta  
iuxta locum qui appellatur Gallinas albas  
vel octum iuris sancte Romane: cui deo au-  
dore presidem? ecclesie: in qua campana quo-  
dam patricia mansisse dinoscitur. simul et  
octum atque hospicia que inter eadem domum  
ianua concludit: floze abbatisse tradere debe-  
as: proprietatis iure proculdubio possiden-  
dam. In qua domo monasterium ubi cum  
aggregatione sua habitare possit christo ad-  
iuuante) construe: vt tam ipsa quam et que  
in eius honore locoque successerit: predictam  
domum et octum cum omnibus ad se perti-  
nentibus (sicut diximus) quieto et incon-  
cusso iure a nobis pietatis consideratione  
concessa: videatur possidere.

**Gregorius Theodoro consiliario.  
xviii.**

**E**cclasiasticis vtilitatibus desudan-  
tes ecclesiastica dignum est remu-  
neratione gaudere: vt scilicet qui se  
voluntarijs obsequiorum necessitatibus spon-  
te subiciunt: digne nostris prouisionibus  
consolentur. Quia ergo Theodorum virum  
eloquentissimum consiliarium nostrum man-  
cipiorum cognouimus ministerio destitutum  
Ideoque puerum nomine Aconinum: natum  
siculum: iuri dominioque dari: tradique precipi-  
mus. Quem quoniam traditu ex nostra

Fo.

XXV.

voluntate iam possides: huiusmodi te neces-  
sitate pro futurum temporis testimonio ac ro-  
bore largitatis auctoritate fulciri: quatinus  
domino protegente: secure eum semper et si  
ne vilius retractationis suspitione quippe vt  
dominus valeas possidere. Neque enim que-  
quam credimus fore: qui tam paruum lar-  
gitem pro tua tibi deuotione concessam:  
desiderat vel temptet nullo modo reuocare.  
cum vno eodemque tempore: et verendum  
sit a decessoribus bene gesta resoluere: et ve-  
recunt um sit docere ceteros in sua quando-  
que resolutam proferre largitate sententiam.

**Gregorius Petro Subdyacono  
Campanie. xix.**

**O**ur nostrum pia diuinitatis inspi-  
ratione compungitur: loca quon-  
dam excois erroribus deputata  
in catholice religionis reuerentia dedicati.  
Quia ergo ecclesiam positam iuxta domum  
metulanam regione tertia: quam superstitio  
diu arriana detinuit in honore sancti Severi  
ni cupimus consecrate experientia tua reli-  
quias beati Severini. summo petere debita cum  
veneratione transmittat: quatinus que nostris  
animis perficienda deteximus implere om-  
nipotente suffragante possimus.

**Gregorius Gratioso episcopo Nu-  
meno. xx.**

**D**ostquam hostilis impietas diuer-  
sarum ciuitatum: ita peccatis faci-  
entibus: ecclesias desolauit vt repe-  
randum eas: spes nulla populo deficiente re-  
manserit: valde maiori cura restringimur.  
ne defunctis eorum sacerdotibus reliquie ple-  
bis: nullo pastois moderamine gubernante  
per inuia fidei hostis callidi rapiatur: quod  
absit inuidijs. Huius ergo rei sollicitudine: sepe  
commoniti hoc nostro cordi sedit consilium  
vt vicinis eas madatemus pontificibus gu-  
bernandas. Ideoque fraternitati tue cura gu-  
bernationemque sancti Anthemi ecclesie ru-  
rium sabinozum territorio constitute preui-  
dimus committendam: qua tue ecclesie ag-  
gregari vniuersique necesse est: quatinus vtraru-  
que ecclesiarum sacerdotes recte christo adiu-  
uante) possis existere: et queque tibi de eius pa-  
trimonio: vel eius cleri ordinatione: seu pro-  
motione vigilanti canonica visa fuerint:  
cura disponere quippe vt pontifex proprius  
libram habeas ex presentibus nostris permissi-  
one licentiam. Quapropter frater carissime)